...stinus

...nsis.

Vitellii Jacobi: Plaudens Apollo Illmo ac Rndissimo D. D. Martino Szyszkowski.

Plaudens Apollo

ILLVSTRISS: AC REVERENDISS:

DOMINO
D. MARTINO

SZYSZKOWSKI,

EPISCOPO *Cracouien:* DVCI *Seuerien:*

In primo Epiſcopatus ſui ingreſſu:

A

M. IACOBO VITELLIO,

D. D.

CRACOVIÆ,

In Officina Baſilij Skalſki, Anno Domini,

1617.

SAtis superque talium
Habeo salutatorum (ait
Quidam) Alme Præsul. salueo
Satis mihi. Istud ne accidat
Mî versibusq; his horreo.
Saluus quidem es, Dijs gratia
Viuas perenniter vtinam
Mihi quoque saluebis, bonam vt
Præbueris aurem huic tibiæ
Quæ malè tuas laudes canit
Namque in Caystri ripa, vbi
Frequens olor, suaue intimis
Meditatur auribus melos
Coruis quoque obstrepere licet.
Ridentur? Artis proprium est
Risum ciere & lachrymas
Momo tametsi risus, ARS
VETVS, eius ipse est artifex

STROPHE I.

AMænitates , gaudia,
Sales , cachinni, Io, Euax,
Tripudia,plauſus, Et quicquid vſquã
In vaſto orbe faceti eſt.
Ad nos Pegaſeo gradu.
Ridete toto ſplene, ſed bono
(Nolo petulantem) Vos Fora, Theatra vrbis ,
Mentemq́ue, hilaritatemq́ue lętam addiſcite
Nec ſanius ridete quàm omnibus cahinnis.
Vultuoſe abi Cato
Tuque Magiſtra ſeueritas
Dulce mihi furere eſt, Venienti Pręſule ſaluo.

Antiſt. I.

EN ille qui prius putris
Męrore grex iacebat.
Nunc ludit exultim, bonumq́ue
Paſtorem ſibi gaudet
Veniſſe incolumem Ac velut
Regina ſtellarum, ille poli oculus ,
Ferrugineum vt exuit ab ore amictum
Quem bruta tellus neuerat opaca manu
Argenteam humeris explicat cęſariem , at illi

Hinc & hinc fauent choris
Cęligenę innumeris. Ita
Pręſuleo aduentu frontemque animumque ſerenat.

Epodus I.

GRex, Parte ex alia Caſtalidum chorus
Certatim glomerans omnigeno auſu
Promptus ſalutat delicium ſuum
Szyſzkowium. Tulit inficeto
Hęc rudis quoque Muſa verba verſu,
Neſcia & frontis, tenuat puſilli
Ingenij culpa, inſignia facta boni
Pręſulis, cui ille
Grande cothurnatus Maro, & alta
Męonidę tuba
Sufficere impotes ſunt.
Cuique parum à Ioue guttura centum
Vatibus expetita, & ſuauis dape
Eloquij ſatura

Strophe II.

NAm quicquid vnquam ardentia
Vota cupiunt, id omne
Habes, Deorum anime, & voluptas
Quem tantis cumulârunt

Donis,

Donis, quanta per àéra
Purgatum, in axe millia emicant
Ignium. Vbi proximè generis auiti
Aspecto ramum, vt arduus, vt in æthere
Erigitur alto, vt imagines numerat tuorum
Quos Dijs simillimos.
Et pietas, & amor Deûm
Fecit, eosdemque omnipatenti inserûit Olympo

Antistro. II.

ELanguisset patriæ
Viror coruscus olim,
Accisa succubuisset hosti
Bello Sarmatia ardens.
Ni primœuus orîginis
Palmes tuæ, caducæ & in caput
Ruenti, iniquam victor expiasset
Procellam, & illa monstra mentis ebriæ
Braccata, Boys & Numellis edomasset
Terga Parthica insequens
Accipiter pedibus velut
Harpagat hamatis, molles vrgetque columbas.

Epodus II.

 Sic

SIc ſplendet patriȩ fax generis tui
Sic vitam laribus prodigit ipſis
Hoc fonte fluxit viua nepotibus
Gloria, quȩ ſerie recenſet,
Sat longa, Trabeas, dein Curules,
Et Paludamenta, ſacraſque Vittas,
Et Latos clauos. Sed quid maginibus
Atria arcta laudo ?
Illa vetuſtis carmina ceris
Aonio obſtrepant
Alıte, qnêis domi nil,
Tantùm atauis laqueare renidet.
Te numero populi virtutum amor
Diſſociat, tuaque

Strophe III.

LOquitur trophȩa, & inclito
Adſciſcit albo, auitȩ ô
Cuſtos, ſatelleſque bonitatis,
Quando proterit æta-
tem excœcata iuuentia.
Quo tempore alij luxu & impia
Ingluuie aberrant recta ab orbita, illo
Tenerrimam tu mancipas mentem iugo
Parnaſsio, & ſapiente aqua,fonte ex Caballi
Proluis recentia

Labra

Labra, Cleantis & aridum
Far, tenero ore, & pectore, condis & aûre tenella

Antiſtro. III.

IAm fructus vber creuerat
Tibi, & ſatis opimis,
Penuque doctrina refertum
Suaues fudit odores.
Artiſque optima germina
Quibus illa fragrabat domus Deûm
Roma, ad ſtuporem, à te tamen procul fit
Saties bonarum & artium, & conaminis,
Quin' dicta riſiſti palati fœtidi, quę
Turba (ach eloquar?) crepat.
Quod ſatis eſt ſapio mihi
Eſſe quod Arceſilas, ærumnoſique Solones

Epodus III.

NOn curo. Generoſo, hoc Scythicum procul
Deliramen erat corde, quod vrſit
Illa illa virtus, quęlibet ardua
Ingenio & genio experiri.
Non ſic Calliopeius ille, eburno
Pectine auritas reprimebat vndas

Non

Non ſic mellisonam quercubus arte fidem
Temperauit Orpheûs
Amite tali prêhendere ſiluas
Exiguus labor
Et modicà eſt opella.
Quid? lapides animare operoſum eſt?
Turrigeram grauius molem Thebis
Ponere, ſed grauius

Strop. IV.

LVpata, mentibus hominum,
Quêis, bene catam animam & aurem,
Teneas, ad vſque intima penetrans,
Hoc virtute parandum eſt
Tantum Dia ſuäuitas
Szyſzkowij in ore ſedit, aureis
Flumenque vorticibus, ruens profunde
Latiali in aruo. Hunc audijt Manutius
(Illa aurium luſcinia, & flexanima Siren)
Audijt, nec eximij
Eſſe tacens potuit viri
Lumine ſed tanto Regis penetrale Bathorêi

Antiſtro. IV.

Splendere

SPlendere voluit, litteris
Monens, facem vt tenellam,
Quæ regno oboritur, ſolis olim
Certatura globo, alma, &
Regali, acciperet manu.
Hem veridice Tyreſia, vt omnia
Conſona tuis vaticinijs, ſtatim illa
Dextra, SIGISMVNDI REGIS, hoſtium vrbibus
Bene nota vaſtandis, amicam Prꝍſuli, huic, ſe
Prꝍbuit, cum honoribus
(Indole quos meruit ſua)
Magnis inſigniuit eum. Siquidem Luceorꝍ

Epodus IV.

EX eius ſtudio, templa Deûm & gregem
Curauit ſcabie omni prohibendum.
Senſit ſidêrum gens variantium
(Erubeo increpuit Linacer)
Vah fœdifraga, falſa, Pœnico ore
Natio, quàm es barbara tota Lexis
Quam ſine barbarie, difficile exprimere eſt.
Inuida tuliſti
Mente, gregem defendier abs hoc.
Et vigili & bono
Prꝍſule. Quando ouili

A timido procul ora luporum
Arcuit, atque famem Cocyteam.
Cumque olidos, Stygię

Strop. V.

DIpſades, hiatus panderent.
Populis luem euomentes.
Amuleta proijcere, Molijque
Non neglexit, amico
Paſtor ſollicitus gregi.
Quid quod aconita, doloſque Circeos
Blandaſque mortes fugere pręmonebat?
Quid quod acolaſtum corripuit hędum, viam-
Que docuit aliam? O paſtor, ô grex tam fideli
Paſte Pręſuli & pio: ô
Agmina Tartarea, vt nihil
Pędarum, hoc paſtore datum vobis. Vectaſtis

Antiſtro. V.

VEſtris paludibus rates
Caſſas, vacauit vrna.
Minos tua. Nemeſiſque flagrum
Indignata reſoluit,
Hydris triſte frementibus

Nam

Nam ſontium nulla vmbra ad Aeacum
Ibat, ita cauit proprijs agnellis
Hic paſtor inclitus. Plocenſis illius
Grex prędicat,curaſque, ſolicitudineſque.
Quas tulit, memor gregis
Ille ſui. Haud aliter bonus
Agricola vt quondam runcando aſſuetus agello

Epodus V.

QVem cælum iaculis deſuper impetit.
Hinc ſemuſtus agit Syrius ignes,
Ardentem at illinc, igniuomus LEO
Malam aperit, vehemenſque prata
Exedit vapor. Aut vbi Arctos, alta
In poli parte, hinc glaciem, inde mundo.
Mortiferas hyemes afflat, & exanimat
Veris omnem honorem.
Hic oculo æſtus, frigoraque omnia
Intrepido excipit.
Tantum habuit laboris
Eradicando, rigando, Plocenſem
Ne ſterileſceret agrum, cultor hic.
Vt ſua culta, polo

Strophe VI.

MEſſem inferat, tellus. Vides
Hęc culmina alta, cęlo
Erecta, clarus vbi ordo Diui
Franciſci. Ingredere, ipſę
Dicent Szyſzkowium fores.
Loquuntur illi parietes abunde & indicant Szyſzkowij in ſe amorem.
Iſtic ſchola eſt mortis, vbi homo docet hominem
Mortem, tunica amictus riget cadaueroſa.
Stipite eius oſseum
Obijcitur caput, efficax
Gorgoneo magis,eliquat hoc,lapides facit illud

Antiſtro. VI.

LVgubreque Memento, auribus
Frequenter inſuſurrat.
Quis vltimum ſecum ſoporem
Non expendat ? & horam
Rurſus non reparabilem ?
Quis noctis illius, quis immemor
Feretri erit ? cum flamen excreandum
Vitę. Quis adamas , quem illa vox non molliat

Plangentium

Plangentium, & canentium. Miſerere nobis
O Deus miſerrimis.
Hîc quoque,quiſque ſacerruma
Eluit, & purgat ſcelera, vt ſua tergora circum

Epodus VI.

Bos mutus ſtrepuit, puluerulenta bene annoſo excutiens dorſa veterno. Hanc
Finis ſupremę Szyſzkouius memor.
Dotibus amplificans paternis
Scenam erexit, & imperauit, illic
Syrmate vt triſti, & Tragico Cothurno
Humanę vitę, fabula conficeret.
Neſciens ſias mors
Tempore longo Prȩſulis almi.
Qui meminit tui
Qui ſatagit, tua imis
Mentibus, vt memoranda pharetra
Terrigenûm ſedeat, fati & via
Cuîque premenda pedi

Strophe VII.

Qvid nare balba calame ? né
Funeſta atro colore

Serena fata, nam palatum.
Pomona aſperat iſta
Hinc Embammata non boni
Saporis, en naſum rugant, age huc
Promulſidem, vitam loquere, triumphum
Tiaram Epiſcopi atque faſces. Stellifer
Quibus æther incumbit. Craciq́ue officia. Magnum
Prȩſulem quibus colit
Stulta anima vt trepidas, parùm
Vt cerebri ſentis. Sed quis modò ad Anticyras te.

Antiſtro. VII.

DEferat, vt exſpuas, malum
Neſcire, & illo adornes
Quo dignus, ornari ore, multùm
Fœlix iſte triumphus.
Fœlix ter decies gregi
Paſtor ſuo, grex, millies quater
Hercule fauente natus, vt videbit,
Vt audiet, curantem ouile languidum
Et indolentem caſui ſic ſȩuienti.
Vos tumultuantibus
Et Stygijs moneo, ocius.
(Parcite quando etiam erratis) procul eſte fidebus

Epodus VII.

Nam

NAm qualis pauidos, ipſe tyrunculos
Dux, Marti indocilis cedere toruo
Aſpris duello ſollicitat minis.
Enſibus vt cuneos, & omni
Perrumpant ſtudio, datęque dextrę
Et ſacramenti memores, iniquos
Confringant auſus. Viribus ij validis
Hoſtium maniplos
Diſijciunt. Furuis pauor alis
Agmina peruolat.
Sic ruet ab ſua Vi
Conſilij inſcia mens, ſimul arma
Pontificumque Aquilas, hic cęperit
Dux. Rapite eia fugam

Strophe VIII.

VOs quoque, quibus benignitas
Illuxit ab ſuperna
Domo, animo adeſte memori ad aras
Diuorum & pia templa
Vota & cęlicolis ſemel
Pro Pręſule obligata reddite
Mollibit ipſe ſuo Deos popello
Profuſus aris. Fruge ſancta, Olympico
Huc vſque cœtui ſtupenda, trifidum ouili
Fulmen, & Iouis manum

Omniaque

Omniaque in fera Mofcüę
Auertet fpelęa, armamentaria cœli.

Antiſt. VIII.

MAgne Hoſpes, optima tuos
Aui reuiſis, æther
In auſpicatum abegit omen
Te dulci hoſpite, denſa
Portis turba patentibus
Se fundit, & ſtudio videndi vbi-
Què culmina ſuperat domorum, & alta
Proſpectat ab feneſtra, & obtutu in tuo
Intendit oculos. Millia tot odora florum
Veris & Fauonij
Blanditias precibus vocant
Omnibus, & quos pertæſum eſt, hyemiſq́; , Notiq;
Illi

Epodus VIII.

TOt ſtridoriſonis agminibus volant.
Tot per candidulos murmura campos
Hyblam vt ceruſſat, purpureus nitor
Et violis, Hyacintho, acantho,
Conueſtit, Zephiruſq́; mollicellus,
Ad laborem, mellilegas cohortes
Euocat. ô noſter fauſte Fauonie ades.

Purpurat

Purpurat pûdor mî
Ora nocens, & vellicat aurem
Et prohibet malus
Sorte bona experiri.
Quid violas oculos pudor, aufer
Hinc male ſane pedem. ſæpe obfuit
Stulta pudere mihi.

Strophe IX.

SEd licet abeſſes pudor. Ego
Quod omnibus pateſcit
Palamq́; luce magis habetur
Non quæram prece inepta.
Quantus ſis Academię
Patronus, omnis vt animum tuum
Cognouit in Muſas videt, ſtupetq́ue
Te ſęculo hoc iniurioſo & ferreo
Columnam haberi (eheu) fatiſcentis Lycei
Ergo quid petam? ſciens
Eſſe Academiam in intimis
[illegible]ZYSZKOWIO Myſtę magno? Nam candida qualis.

Antiſt. IX.

ROſa, vapulans pluuio Ioui
Suſpirat, & morantem

Totis medullis Phœbum anhelat
At cum incanduit æther
Et ſoles melius nitent
Se ſe in virores lęta veſtiens
Ridet ſerenùm, & excutit capillo,
Pluuiumq́; rorem, Pleiadasq́; frigidas.
Orbata quantis mater indulget querellis
Poſtquam abeſt ſuę, prior
Pars, animę, vnica ſpes ſua.
Sępe dies numerans cuperet mellitus ocellus

Epodus IX.

MOmento vt redeat, Sic Academia
Magnis expetiit te Phàëtonta
Votis, & arſit tota medullitus
Vt liceat ſibi dulce pignus
Te amplexarier, vſque, & vſq;, & vſque,
Te rati paruę, Melicertam habere
Optat, & in fluctu Tyndaridem eſſe ſuum,
Te duce, æſtuoſis
Vela dare vndis. Ioniumq́;
Nil metuens ſibi
Currere vult per æquor.
Et reboantia ſaxa Maleę, &
Marmora nauifraga, & Symplegades,
Te præeunte, nihil

Strophe

Strophe X.

TImebit, Arcturus licet
Hędusq; peruicacem,
Minentur iram nauicellę.
Salua eſt remige tanto
Sunt quos preſſa vocet Dij
Quid Phębe parcis barbito? occine
Quem ſua per hominesq́;, memoresq́; Faſtos
Clarauit ita virtus Abunde beneq; erit
Tutella pręſens, vnicum noſtris columen
Rebus, à volentibus
Dijs venit, Augurium hoc ego
Non ouium fibris didici, tonitruq; ſiniſtro.

Antiſtro. X.

PArrę oſcines ludite alios,
ullariuſuè fallax
ntegritas Pręſulea, candor
mas eſſe iubent ſpes.
vates Academia
alus optat, & futurum erit
xit augur & monuit Apollo,
rtina nunquam à veritate deuiat

Tu

Tu Iupiter Xenie, Dijq; vos, tueri
Quêrs amor solum, & salum,
Indigetes patrij, bonis
Fortunate auibus Mœcenatem. Est etenim ille.

Epodus X.

ET clypeus vester, murus & æreus,
Istis hercle humeris vestra recumbunt
Delubra, honosq́;, & nomen, hèu tibi
Gens Acherontia sibilatum.
Agnosces mihi credito hirrientis
Vindicem linguę, irrita dedocebit
Iactare in superos fulmina. Vos modo, pro
Quorum honore, & aris,
Præsul erit, vestra vbere dextra
Tanta rependite.
Exoriare sidus
Splendidulumq́; iubar tuo ouili.
Vnicum ego precor. Æternet dies
Ipsa Perenna tuos.

LAVS DEO ET VIRGINI MATR[I]